TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0775

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cronache Latine

758
a
771

6

775

Ex libriculo oblongo Membrana cohoperto, sed Chartaceo, servato apud D. D. Heredes D.D. Orsetti in cuius initio —

Mulionus (presb. Sebastianus – de Glemona. 1512

(775

Memoriale

Ex Liberculo oblongo Membrana cohoperto, sed Chartaceo, servato apud D. D. Heredes D.D. Orsetti, in cujus initio ==

Sparsendij clamavim alte Domine saldus precatione mia Iniquitates salvaber Domine cajus sustinebar graputie proter retigniiim sustinerete Domine anime mia in Domino Chuver esen sperat squa note copiosa prudncie sols di me Deus ni vescu lusie Deus anime jus anime fidel requies Deus gratie Amen

In pagina prima hujus Libri seu Stij Forojulienjj XLIIII legitur post plura in pagella eadem maculata et obfuscata que sequuntur.

In Nomine Domini Amen Anno Nativitatis Dñi Nri Jesu Xpi Millo quin: gentesimo duodecimo Indictione quintadecima die nona Menjj Decembrij In presenti Libello continentur aligua memorabu observanda que antiquis nostrisque temporibus gesta atque visa et audita et scripta per Viros fide digros intellecta . . . . . notata per me psbrum Sebastianum Mulis: num de Glemona etatis sue annorum sexaginta quinque

In eadem pagina circa Medium subditur

1300. Nobiles de Crampergo emerunt Castrum Cramergi ab uno Nobili Alemanno cum voluntate Dñi Patriarche. Et tunc temporis erant Cives Glemone: Et verdiderunt partem Mansalium Castri in Montem Castri Glemonensibus.

1423. die 2. Maij

Oratores Terre Venzoni conquesti fuerunt in Consilio Parlamenti Patrie ipsius existente in Ecclesia Sti Francisci in Utino, quatenus Communitas Glemone se impediebat de Intevlechio, et vi opprimebant Stratam, et privabant omnes transgredientes libertate, de qua querimonia fuit eis per Oratores Communis Glemone verte responsum quod ab antiqua recordatione et memoria hominum semper fuit Intrelechium in Glemona. Et in evastitio Consilium Parlamenti sententiavit et declaravit quod dictum Intevlechium esset sicut prius erat in Glemona: videlicet quod Mercimonie venientes de portis Maritimis in Glemonam, et de Alemania de portu marino debeant per nostrum germanum vectores etc. In quo Consilio interfuerunt principaliter, videlicet Egnus Concordien. Nicolaus Episcopus Vicelcumbrensis. Dnus Nicolaus de Portogrua: rio. Bertanus Aquilegen. Dnus Federicus de Purtilej. Dnus Tristanus de Savor: gnano. Dnus Hector de Strassoldo. & Maynardus de Culcinicho. & Gorlicus de Castro. & Nicolaus & Thomasij de Spilimbergo. & Nicolaus in Barba de Attems. & Predus de Zuccho. & Antonius de Cramergo. Pro Civitate Austrie & Nico: laus de Porcia. & Hermanus de Culoris. Pro Utino Dnus Johannes Moysi, & Jo: hannes Suanne. Et pro Aquilegia & Thomas et . . . . . Quo omnes sen: tentiam viriliter sententiaverunt ut supra etc. de qua sententia Venzonenses se appellaverunt ad Dominium Venetiarum et hoc fuit sub Patriarcha Gaystano. Et hoc notatum fuit per & Joseph Cancellarium et est in publi: ca forma 1365. Indict. tercia.

pag. 2. + 1420 + Die 22. Junij. Cives Sti Danielis prestarunt obedientiam et Fla: gonea

Die 28. Junij. Tulmetium et Carnea se subdiderunt prefato Comiti Chora 17. dum exercitus esset sub Venzono. et eodem die hora 23. se subdidit salus per: sonis et bonis etc.

† 1365 † die 26 Decembris. Venzonum se subegit Ecclesie Aquilegen sub Dno Francisco de Savorgnano Vicedomino sub communitatis Glemone exercitu. Et consignavit illis de Venzono Interlechum non prejudicando Nostro Interlech et juribus nostris notarium per S. Leonardum ..... Notarium

† 1397 † Die 17 Maij †
Declaratum fuit per Dnum Patriarcham Antonium Jayetanum in Civitate Austrie quod debemus habere Interlechum sicut antea habebamus cum Consilio Parlamenti prout ..... per S. Johannem de Susanna de Utino Cancellarium presentibus Dno Abbate de Mosio. Dno Decano Civitatis Austrie. Dno Angelo de Porcia Vicario. Dno Dominico de Purcileis. Dno Vincislao de Spelymbergo. Dno Johanne de Prata. Dno Johanne de Luchio. S. Johanne Cadoano, et filijs S. Odorici de Tricano. S. Bartholomeo de Crampergo. S. Nicolao de Atzinis. S. Dno Mariscalcho. Dno Johanne de Cavalcantibus. S. Johanne de Faganea. Pro Civitate Austrie. Pro Ubino S. Johanne Antonio et S. Dorlico de Monasterio, et pro Glemona S. Nicolao de Cramiz. S. Georgio de la Villa. S. Jusino me Fantono, et S. Henrico Rampulino

† 1430 †
Die ... fuit quedam inundatio aquarum ita quod Gradecla vocatur Glemone ..... aqua non tamen quod ..... Murum in Cemeterio Ecclesie et expulsit corpora mortuorum cum capsis, et conduxit ea usque in Paludem.
Item 1499. Die .. Septembris fuit etiam maxima inundatio aquarum et Gradecla crevit taliter quod fregit et in ruinam dedit murum in Cemeterio, et conduxit plusquam 5000 currus glave in Cimiterio, ita quod quasi occupaverat portam Ecclesie totam ita quod vix potrat habere ingressum in Ecclesiam

† 1437 †
Die 2. Februarij, videlicet in Festo Sti Blasij secreto accensus fuit ignis in Glemona in burgo Ville in domo de paleis Jacobi Cunizani, qui combussit a Porta Ville usque totam plateam quasi omnes domos usque in ploviam. Et quia erat maximus ventus et frigus et siccitas que portabant ignem usque in paludo, et accendebant arbores in paludo et in braydis usq. ad radices.

† 1499 †
Fuit maxima pestis in Glemona.

† 1450 †
Fuit Jubileus sub Papa Nicolao V. in Festo Resurrectionis innumerabilis Populus Christianus accepta benedictione a SSmo Papa, aliqui eundo et aliqui redeundo obviantes se super pontem Sancti Angeli, venit quidam Cardinalis cum suo comitatu, et quidam mula ipsius indomita cepit calcitrare, et sternere gentes ita quod multitudo maxima se invicem suffocaverunt: ac etiam maxima multitudo ascendit super latus Tiberis, et cecidit in aqua, et submersi sunt. Et eodem tempore fuit maxima pestis Roma atque per totum Italiam, et etiam in sequenti anno, ita quod de decem vix remanserunt quatuor.

† 1451 †
Frater Johannes de Capistrano ..... predicat ..... Ungariam Alemaniam Bohemiam et Poloniam cruentam contra Turcos, et reformavit regulam Sti Francisci.

† 1452 †
Constantinopolis Civitas a Turcis capitur die 29. Mensis Maij cum

magna strage Christicolarum et crudelitate.

+ 1463 +

Die Mensis Septembri Veneti castrametati sunt Tergestum, et steterunt per multos dies sub ipsa Civitate: et ipsam totaliter divastioni dedissent, si non fuisset magnificus Marcus Antonius Marcello, qui erat Dux belli illius, qui habebat filium ibidem delegatum a Dominio; sed facta fuit maxima vastatio in vineis eorum.

+ 1464 +

Piccolomini Pius Papa imposuit Jubileum in Tergesto, quia alias fuerat Episcopus Tergestinus.

In ipso anno Dominium Venetorum imposuit certam Collectam que dicebatur Trigesimum in toto Patriarchatu Venetorum sub pena excommunicationis Papalis. Et eodem anno Dominium Venetorum incepit ponere Decimas Ecclesiis et Presbiteris ..... et impositæ fuerunt plures Decimæ Papales, que exigebantur cum maxima severitate.

+ 1465 +

Fuerunt maximæ dissensiones inter Cives Portusnaonenses et discordiæ, et fuerunt multi suspensi: et aliqui suspensi in Macello sicut Castronis, et similiter fuit in Tergesto, et plures fuerunt fossati, ex quibus adhuc sunt in Patria et in Sacile.

+ 1466 +

Fuit maxima pestis Glemone et per totam Patriam, et duravit in Glemona *. lege gen. quasi per annos duos, et mortui circa nonaginta personæ.

Item ipso anno die Veneris fuit Eclypsis Solis, et fuit quasi totus Sol absconditus.

+ 1470 +

Impressores Librorum inceperunt Venetiis imprimere Libros

+ 1471 + Die 14 Maij

Civitas Negropontis a Turcis capta fuit, et facta fuit maxima strages Christianorum per Machumetum Regem Turcorum.

+ 1472 + Fuerunt banditi grossi valoris soldorum octo, et grossetti valoris soldorum 4: et sommarchetos per Dominium, et inceperunt Troni et Decem.

+ 1474 + Die Mensis Augusti

Turci ceperunt invadere Patriam Fori Julij, et aggressi fuerunt usque ad Portus Civitatis Austrie, et adduxerunt aliquos captivos: inter quos fuerunt duo de Glemona, videlicet Franciscus Fazatus et Franciscus Silbertus piscatores. Eo ipso anno fuerunt maximæ nives.

+ 1476 +

In Festo Pentecostes venerunt certa genera papiliorum ex Alemania; et recto tramite per viam Regiam intraverunt Italiam per viam Venzoni, et erant tante multitudinis, quod obumbrabant Solem, et fuit hora meridiei videlicet hora 15ª, et duravit usque ad Vesperas et erant colorij blavi: et omnes intrabant per ratam Ecclie Sancte Marie Plebis Glemone, et circumvolabant Ecclesiam, et exturbate tamquam starent ad processionem, et venerunt versus Utinum: et nescitur quid ex ipsis secutum sit.

+ 1477 +

Die penultima Mensis Maij. Iterum Turci intraverunt Patriam per viam Lovitie, et invenerunt in viam Leucinichi exercitum Dominij Venetorum, et totum exterminaverunt totamque Gentem occiderunt tamquam oves ad macellum cum campiductoribus. Inter quos Dominus Hieronimus de Veronia qui erat primus, occisus fuit et multi alij et Proceres et Comites, fuitque maxima strages, et quidam Bassa nomine qui erat campiductor Turcorum omnibus fecit amputari capita. Et primo die Maij omnes cucurrerunt per totam Patriam comburentes Villas, depopulantes domos, et captivantes populos et occidentes, et fuerunt usque ad Tulmetum et versus Caneam, usque ad Colloretum, et

Chiavoriacum. Demum regressi sunt usque ad Lucinicum, et in die S. Leonardi iterum venerunt, et quid remansit rouginj, brucchy comedit, qui contra sentit intelligat.

+ 1478 +

De Mense Augusti incegerunt venire quedam locusse ex Alemania et magna in burmay sicut oves, et duraverunt usque ad tempus, et intrabant campos et prata et omnia depascebant, videlicet sata usquequaque sorty essent ad herbas, et in comestione videbantur esse oves seu tapyr in ruminatione. Et ipso Mense Junii intraverunt Cyliam, et maximum damnum intulerunt, et in combustione, captivitate populorum, et depredatione bonorum.

+ 1479 + die 3. Julij

Fuit in crepusculo diei seu Aurora in Glemona quedam maxima grando et tempestas, que fregit tegulas super tecta et arbores, et erat magna ad similitudinem unius patij medij fol. et ..... nocuit extra muros Glemone

+ 1480 +

De Mense Augusti fuerunt maxime inundationes aquarum ita quod Tulmentum crevit in tantum quod non videbatur terra a prati bavelle, hinc usque ad montem de Reglonj: et Civitate Austrie Natisa excrevit in tantum quod non poterat homines ire per pontem, quia aqua creverat super pontem, et destruxit Burgum Porte Brexane totum.

+ 1485 +

Fuit maxima pestis in Glemona et defuncti sunt in Glemona quasi nonagenti 900. et duravit quasi per Menses novem, et stetit sex Menses, postea reciduit iterum et mortui sunt plures. Et ipso anno de Mense Octobri Ungari venerunt cum maximo exercitu in Patriam, et ivervunt ad Portumnasnij, tamen nihil mali intervenit Istrie nec in Patria, sed solvebant quantum accipiebant

+ 1490 +

Incepta fuit edificari ... Monasterium S. Marie Gratiarum.

+ 1497 +

Inceperunt Fratres celebrare et habitare in ipso loco

+ 1498 +

Consecrata fuit Ecclesia.

+ 1499 + Fuit primus Guardianus loci illius

+ 1497 + Fuerunt maxime nives, et in ipso anno nixerat plus quam quinquagies

+ 1495 +

Fuerunt maxime guerre in Lombardia et in Pisano agro, et in Provisiano agro.

+ 1499 + die 14. Julij

Turci intraverunt Forumjulij per viam Zovitie, et cum maximo exercitu transcurrerunt usque Sacilum, et steterunt octo diey in Patria, et fecerunt maximum damnum, et stragem populorum, et diripuerunt multa bona.

+ 15..+

Rex Karlottus de Francia intravit Italiam, et subegit sibi Mediolanum, et multas alias Civitates in Italia.

+ 1508 +

De Mense Februarij fuit maxima strages Campi Majestatij Maximiliani Imperatory, occisa fuerunt plus quam 3000 Theothonicorum in Cadubrio, videlicet in Pleve, et sub Butistagno Castro per milites Dominij Venetiarum et Regij Francie. Et ipso anno Dominium Venetorum subdidit in ditione sibi Cormonium, Goriciam, Ivgestum, Portumnasnij, et alia loca subdita Majestati Cesaree Ducisque Campi Dno Bartholomeo Comite Aluiani. Et ad multos Menses post, Dominium Venetiarum reddidit Cormonium, Goritiam, Ivgestum, et alia aliqua loca ipsi Imperatori. et modo propter istam compositionem et quasi confederationem inter eos factam per non diu duravit.

+ 1509 +

Primo die Augusti venit exercitus Sacre Majestatij Cesaree sub Civitate Austrie

et castrametavit sub Muro, et urbis quasi per 24. horas ad expugnandam Civitatem, et expugnasset, si Deus non adiuvisset: sed nihil profuit, et ipsi Theothonici venerunt usque Utinum cum exercitu, et nihil profecerunt, et in reversione occiderunt multos, inter quos fuit † Johannes de Spanegrego, et reversi sunt Goritiam.

†1510†
Fuit treuga

†1511†
Die 26. 27. Februarij. Fuit maxima strages plurimorum hominum Nobilium Patrie Fori Julij facta in Utino per Dnum Antonium de Savorgnano, et ejus sequaces in Utino, videlicet Borgesanos et rusticos suarum Villarum, inter quos Nobiles fuerunt occisi infrascripti, videlicet Dnus Alovisius de la Torre et Frater ejus, et Negotium omnibus familij sui, et diruta fuit ejus domus atque cremata, et Villalta cum exercitu magno rusticorum cum magna Artelaria, et occisus fuit D. Theseus de Coloretto, Joannicius Bertolino de Utino, † Federicus de Coloretto et comestj et canibus cum ipsorum cremata fuit Domus D. Jacobi de Tercento, et plures alie domus in Utino. Fuit diruptum Castrum Strepi illorum de Colovetto, ita quod non remansit lapis super lapidem. Et Dni de Spenimbergo omnes fuerunt sacchezati, et multi alij in Spenimbergo per eorum rusticos. Et eodem anno exercitus Dominij fuit sub castro novo cum maxima multa Artelaria, et se subiugarunt Dominio Dno Antonio de Savorgnano Camerario cum suis rusticis, et sacchezata sunt plura castra Valvasonum Strassoldum Villalta et plures Ville. Et venerunt rustici usque Buzyam causa sacchezandi Glemonam, tamen non fuerunt ausi.

Die 26. Martij hora vigesima, luna 24. Fuit maximus terremotus ubique, et maxime Glemone: et fecit innumerabilem ruinam domorum. Monasterium Sce Crucis Ste Agnetis videlicet dormitorium diruptum fuit: Monasterium Sce Clare in maximam partem diruptum est. Cujus trium Campanilium ceciderunt Ecclie Sce Marie la Bella et Sci Blasij super ruinaverunt, et non remansit quasi lapis super lapidem istis Ecclesijs. et mortue fuerunt plures persone, inter quas mortuus fuit Petr. Leonardus Filius Cappellanus Sti Johannis et sepultus fuit in † Ytavia Sci Bartholomei et Sti Antonij, et postquam sepultus fuit cum dies octa venisset Dn Elect. . . de Borgia Prior S. Spiritus et Dnus extraxerint eum de sepultura, et ipse percussit mortuum in capite cum baculo dicendo . . . . . et hoc pro una meretrice pessima. Item a porta Asinorum usque ad Turrim Bataglie ceciderunt quasi omnia fortilitia Murorum Comunij et due porte muri veteris Comunij. Turris horarum Sancte Glemone per duos Menses mansit tortuosa. † Mons Glemone et Mons Sancti aperti sunt. Item fecit maximam ruinam in Civitate Austrie in Torresimo, et in pluribus locis Patrie, et fuit Terremotus universalis in toto mundo.

* intelligo aquam

Item prima die Aprilis post predictum fuit et alius terremotus potius major quam primus, et corruerunt etiam plures Cule et Domus in Patria. Item quasi quotidie erant terremotus. In hoc Anno fuit etiam maxima strages hominum in Villa Antognani facta Theothonicorum.

Et in ipso anno fuit maxima pestis in Civitate Austrie et in Utino, et pluribus locis Patrie.

Item die 14. Dns Episcopus Labacensis Dns Antonius de Valemono, et quidam alius Nobilis Theothonici camere ductores Maximiliani Imperatoris solvendi venerunt Conegliamum Imperio. Die 16. Dicti subiderunt Sacilum, et introierunt Patriam et subiderunt Spinimbergum, Sanctum, et Dns Antonius

de Savorgnano rebellavit Dominio Venetor. Die 16. dicti subiderunt Sm Danielem.
Die 19. dicti. Venit subsidena dictorum Canyi ductorum una cum Pomponio filio
Z Zorzij de Franceschinij de Glemona cum uno famulo predict. Z Antonij de Sa-
vorgnano ad petendum Glemone, et subdiderunt prefat nomine predicto Utinum
Civitatum et Glemonam, et viceperunt Cittadellam Spadiche.
Die 27. 8bris. Venit quidam Hieronymus nauta filius cujusdam Pauli de Zara
de Portogruaro cum Litteris Imperatoris, et petijt quendam Andream Holt vola-
tum Andreli hospitem in Glemona, et ligatum manibus ac pedibus invaverunt
eum et suffocabat eum eo quod haberet pobritatem in ipso, et in omnibus bonis suis
donata per Imperatorem, et tamen donavit ipsum uxori dicti hospitis, et con-
demnavit eam in tribus milibus ducatis.
Die 30. Septembris. Intraverunt trey Capitanei Imperatoris cum 400 militibus
Glemonā et steterunt usque ad Vigiliam Sci Martini, recesserunt hinc et ive-
runt Venzonum, et asportaverunt omnia instrumenta bellica, videlicet Arta-
lariam Glemone et munitiones et condixerunt Venzonum et in die Sci Martini
iterum Glemona se subdidit Dominio Venetiarum. Et tota Patria iterum subdi-
se Dominio Venetiarum.
Die 12. 9bris. Dominium Venetiarum primo misit exercitum suum sub Venzono:
et die Savorgnanus fuit campi ductor. et nichil profecit. Postea venit maximus
exercitus Dominij et steterunt plures dies sub Venzono: se tandem subdidit salva ta-
men gente cum bonis ipsorum: tamen milites antequam exercitus Dominij veni-
set Venzonum asportaverunt omnia meliora et preciosa Venzoni in Alemaniam
banitis Civibus Venzoni. Et stetit campus seu exercitus sub Venzono diebus decem Ca-
milus de Coloreto cum equitibus alijs campi ductoribus et imposita fuit talea per dic-
tos Capitaneos ipsi Venzono trium milium Ducatorum, et propterea fuit dicta
talea conducta secum in campo tres Cives Venzoni, videlicet S Simonem Ri-
dinysium, S Antonium Mistruccy et Magistrum Antonium Sachinum.
Isti Fantarini spoliaverunt totum Canale, videlicet Pizzinam, Moscium et cum
Ecclesijs. In reversione vero de Venzono cremaverunt Villam Hospitalij et Spilim-
bergum; duxerunt secum 400 milites Hieronimum captivum et totus exercitus
cum dictis captivis steterunt Glemona per plures dies expensis Comunitatis, et bo-
nis populi Glemone, et fecerunt maximum damnum, videlicet plusquam 4000.
Ducatorum in tota trova.
Quando Glemona subdidit se Imperio imposita sibi talia 6000 Ducatorum, et
omnibus tensis Patrie fuerunt impositi maxime tallie. Et quando recesserunt
hinc, conduxerunt secum septem Cives Glemonenses et steterunt in Villacho per
plures dies et menses.
+1512+
Fuit maxima pestis Glemone ita quod obierunt circa 1390 persone
De Mense May fuit maxima tempestas: et in effecta fuit siccitas maxima:
ita quod arbores et vites arebant, et terra universa erat arefacta propter siccitate.
Fuit maxima Karistia vini et bladi.
De Mense 8bris fuit maximum diluvium aquarum et ventj qui unquam
nostris temporibus fuerunt auditi. Nō Dna Sordo Elena de Comitijs Abbatissa Scē
Clare cum ipsis Monialibus steterunt in Scā Agnete propter pestem, que vigebat
in Monasterio Scē Clare: et steterunt per menses quinque
+1513+ Die 19. et 20. Februarij fuerunt incredibiles venti.
Die 25. Februarij. Fuit magnus terremotus inter sextamdecimam horam et 17.
Die 26. Februarij. Martinus Papa Julius qui posuit unam Decimam Clero.
Die ... Februarij. Creatus fuit P.P. Leo Florentinus ex Gente Medicorum.

De Mense Aprilis Dne Moniales ampliate sunt Sancte Clare ampliaverunt territorium post dormitorium, et construxerunt murum circa ipsum ampliationem.
Die 21 Aprilis Fuit maximus ventus cum nivibus et nixit in montibus, ita quod ex nivibus fuerunt ejecti more ambitum, more Scī Simeonis et more de Gradisca usque ad ima, et in Glemona nixit. duravit frigus per dies.
Die 22. dicti Cecidit pruina et decoxit vites usque ad Civitatem Austrie et veros Utinum, videlicet usque ad Cormonum et Lisuricum, et similiter quasi per totam Patriam et fuit maxima frigora: ita quod non dijscernebatur ver ab hyeme nisi in foundibus, et duravit illud frigus per dies undecim.
Die 24. Aprilis Defunctus est Magister Frater Ludovicus de Crecis de Glemona in Venetijs de pleuresia: videlicet Archa Scientie Ordinis Minorum Scī Francisci Civis Glemone.

+1513+

Die .... Maij Comes Bartholomeus de Niviano regressus ex captivitate Gallorum et Regis Francie, et creatus fuit Capitaneus Generalis Dominij Venetiarum et ivit Veronam.
Die 20. Maij hora inter 20^m et 21^m fuit terremotus mediocris
Die 20 Maij. Intimatu..... locum Communitati Glemone de Colligatione Dominij Venetorum cum Rege Francie
De Mense Maij. Theutonj devastavit et depredatus est Croatiam et captivavit multos populos. Eodem Mense devastavit Aquileiam.
Die ... Maij. Comes Bartholomeus rehabuit Veronam que dominabatur per Imperatorem Maximilianum.
Die 29 hora 2. noctis fuit terremotus videlicet in festo Festi Corporis Xi
Die 30. Maij. Fuit tempestas Glemone, sed non magnum damnum.
De Mense Maij. Dominium rehabuit Cremonam cum maxima victoria et occisione Magnatum Regij Hyspanie et captivatus fuit Dux Mediolani et Vicerex Hyspanie, Dnō Bartholomeo Duce Maximo exercitus Dominij Venetorum.
De Mense Junij Apud Novariam fuit maxima strages ex utraque parte Hispanorum et Francigenarum et Suvecerorū

+1512+

De Mense .... In Villacho fuit introemptus Antonius de Savorgnano ante portam Ecclesie per D. Johannem Henricum de Spinimbergo

+1516+

De Mense Julij. Exercitus Regij Hyspanie fuit in Padoano agro usque ad Castrum nominatum Stra, et stetit plures dies, et exercitus Venetorum ij in Padua et Jarvisio
Item Dominium fecit reparare Marianum cum fossis et alijs necessarijs ad fortificationem ipsius Terre
Die 22. Augusti. svanzivit magnus exercitus Croatorum et aliorum per Glemonam et iverunt Sclusam, et in crastinum reversi sunt per Buyam et alias Villas circumquaque Buye cum maximo damno Villarum.
Hispani seu exercitus Regij Hyspanorum et exercitus Imperatoris steterunt per duos Menses in agro Cadriano pro rebellanda Padua, et non potuerunt, tandem recesserunt inhalutato hospite.
De Mense Nov. supradicti redierunt, et de agro Patavino abduxerunt in captivitatem et quidam multi Nobiles Venetorum cum eorum familia et bona eorum, et de agro Jarvisino et Mestrensi.
Die 3. Octobris hora X^a apparuit una Cometa versus Septentrionem.
Die 7. Nov. Fuit maximus conflictus inter exercitus Hispanorum et Theotho

mi apparet

nicorum ex una, et Dominij Venetiarum ex altera in agro Patavino, et ceciderunt ex utraque parte duo millia hominum.

In hoc anno fuit bona fertilitas bladi et Vini et fructuum in abundantia.

Die 12. Xbris. Borni et Corbatini intraverunt Patriam et nomine Imperatorij invaserunt ac intraverunt Mavanum et steterunt in ipso per diey... et partim venerunt usque ad Sium Zothardum et fecerunt maxima butina in anima sibi et partim iverunt usque Belgradum.

Die 26. Xbris. hora duodecima fuit terremotus

Die 23. Xbris. Comes Xpoforus Croatie cum suo Comitatu intravit Mavanum in numero exercitus Jesu sue: existente exercitu Dominij in campestri, et omnes nostri dederunt fugam hinc inde ex captivati ipsi Croati unam galeam cum Arbalastis suis. Et iterum nostri castrametati iterum apud Mavanum in terris Nativitatis Domini, et ipsi Croatij degredati sunt Strasoldum, et postea castrametati sunt Montem falconum.

Die.. fuit combusta in Venetijs tota pars Rivoalti cum maximo damno Mercatorum.

+ 1514 + de Menze Januarij.

Die primo hora tertia noctis fuit terremotus cum maximo rumore, sed modicum duravit

Die octava Januarij fuit maxima dissensio inter Cives Civitatis Austrie videlicet inter..... et se vulneraverunt multi ex utraque parte.

Die 15. dicti hora secunda fuit terremotus cum maximo rumore et tremore sed modicum duravit.

Item per totum Menses non pluit videlicet a principio Xbris 1513. usque ad diem 20 Menzis Februarij 1514: et fuit tanta ariditas quod fontes exticaverunt et fons Flemone exsiccatus fuit, ita quod nullam scaturiebat aquam.

+ 1514 + Die penultimo Januarij fuit terremotus hora 22.

Die 26. Januarij hora quarta noctis Milites seu exercitus Dominij qui erant Utini exierunt et iverunt ad Castrum Portogruaro cum tribus centibus stalatorum pro destruendo ipso, et Borni qui eum custodiebant exierunt contra eos et pervenuti sunt ipsum exercitum et occisi sunt circa centum, et accesserunt eis &

Die 4. Februarij. Exercitus Bornorum 500. Equitum venerunt depredando usque ad portas Utini omnes Villas sub Utino, et exercitus qui erat in Utino non se movit in aliquo

Die 7. Februarij fuit maximus ventus et duravit per tres dies cum maximo frigore.

+ 1514 +

Die Lune videlicet die 13 Februarij hora 16 venit Franciscus Civilinus dictus pinzinus Flemoniam nomine Commissariorum Cesaree Majestatis ad portas Utinenses.... et Cives nostri consenserunt ei prestare obedientiam.

Nota quod Dus Hieronymus de Savorgnano tribus annis proxime preteritis et prius sibi cepit fortificare montem Osogij.

Die 16. Februarij. Exercitus Cesaree Majestatis circa 9000 Militum castrametatus fuit Osojum: et processerunt contra castrum ultra 1500 cum combattentium pondere..... et in castrum, ita quod totum exciserunt a fundamentis demptis duobus.

Die 16 Februarij. Collas imposuit medium collam in populo et die 22. dicti solvit Jesum cum Cruce.... Sol. pro libra singula.

Die 22. Februarij. Communitas Flemone misit in Campo Osogij 44 Milites ex precepto Comitis Cristophori de Corpatia Capitanei Generalis Imperialis et Francisci Clerici filius S. Johannis Fonte erat cum eis.

In Vigilia Sti Matthie de nocte fuit combusta tota Villa Osogij demptis duobus sedificiis

Prima diei Marcij circa horam primam, noctis equidam, capitur Throthonicus cum suo Comitatu conduxerunt Glemonam centum et unum captivi de Villa muzana omnes insimul ligatos sicut bestias; et ipso sero nihil eis datum fuit pro victu eorum, et in mane die 2 Marcij observaverunt a decemseptem alijs ultra omnes videlicet num° 53. Et qui erant in libertate incidebant faciei eorum in modum crucis ex utraque parte et tres digitos manuum:

Die 2. Marcij. Ivit exercitus Imperatorij ad destruendum Castrum Sclige et ste: terunt per totus diei istius et Capitaneus cum suis stipendiarijs fuerunt adducti ad construendum campum, inter quos fuerunt conducti octo de Rejsia ligati ad unam cordam sicut bestie.

Die prima Marcij Franciscus Cipilinus dictus pintinus fuit presentatus Commissarijs Majestatis Imperialis per Communitatem Glemone in Grogio, et ab ipsa acceptus in Capitaneum Glemone, et eadem die accepit possessionem ipsius Capitanearij: et iste est primus Capitaneus nostro sub ditione Imperiali.

Die 4. Marcij. Castellanus Sclige se dedit Sacre Majestati Cesaree et die 5 vide: licet die Dominico reduxerunt Austeriam Glemonam. Ista quod in Bombarda majori erant 20. gavia 60 unum ad conducendam ipsam Glemone sine armamento ipsius; et tertia pluves bombarde cujuscunque generis que omnes fuerunt Venetorum.

Die 5. Venetorum omnes stipendiarij qui fuerunt Sclige Glemonam, videlicet circa 500. et se divisenunt prima die per domos absque ullo ordine, intro quos ve: nerunt ad domum meam et in spatio 24 horarum ipsi quatuor bibebant ultra medium congium vini.

Die 9. Marcij. Venerunt Commissarij Campi Glemonam, videlicet Comes Christo: phorus Croatius, Episcopus Lubiane, Lenzperger Capitaneus Lubiane, et Capitaneus Jergesti qui veres..... Stagnes Capitaneus Comonis cum equestribus campi, et pe: destribus circa 500. et fuit maxima expensa hominum. Et ipso die in sero circa horam nonam noctis fuit maxima tempestas cum magnis tonitruis, et cum: cationibus.

Dicti imposuerunt talias terris et Castellanis Patrie, videlicet Utinonibus 4000. Ducatos. Civitati Austrie 3000. Glemone 2000. Tumetio 1000. Sancto Danieli 2000 Castellanis 6000. Portulatis 6000, et hec circa Julmentum Item imposuerunt et toto Anno decimas duas intermino octodierum, et Ducatos 4 pro singulo foco totius Patrie.

Die 17. Marcij. Ex precepto Sacre Majestatis Cesaree Commissarij exercitus mise: runt..... et homines Glemones sub pena unius oculi, et unius manus ad diruendum muros Venzoni et extirminate fuerunt segetes velocio Junij et maxima pars muri.

Hac Quadragesima Oleum vendebatur Sol novem Libra olei --- 9 6. pro Lib.

Die 24. Marcij. Vulnerabus fuit ex ruina Castri Grogij in capite Comes Christo: phorus Franchagan Ductor campi.

Die 30 Marcij videlicet Jovij. Exercitus Imperatorij recessit ab Grogio et com: burserunt omnes Cassulas campi quas extraxerant, et abierunt cum maxima fuvia et timore per viam Canalis Vidachi: timentes exercitum Venetorum: qui erat in Portunaone.

Die .... Marcij. Dns Bartholomeus Capitaneus Venetorum cepit Portumnao: nem cum omnibus habitatoribus in ipso: et fecit maximam occisionem Viro: rum et mulierum, et omnes Nobiles conduxit Tarvisio in captivitatem

Die ultimo Marcij. et die 2° Aprilis venerunt omnes Cervide Patrie in Comitatu Dni Bartholomei Alviani de nobilissima familia Ursina Romana ad insi: quendum inimicos Campi domini.

3

Die 2. Aprily videlicet dominico die Omny exercitu Venetorum recessit ex Glemona et venzoni ante diem erat: et iverunt Goriciam ad castrametandum contra ipsam Goriciam: et steterunt usque ad diem Martij videlicet die 4. Aprilj: et oppugnavit relinquere Goriciam: et equitave contra Hispanos qui ingressi sunt ad castrametandum in Patria Fori Julij.

Item die prima Aprilj. Magna pars exercitus Dominij Hospitaverunt Venzoni ad dispositionem, et aliqui expulerunt Martino de Lecty, et cubaverunt cum ipsorum uxoribus.

Die 2 et die 3°. Exercitus Venetorum adduxerunt totam Artelariam Imperatorij per Glemonam que erat in precio decem millia Ducatu, et deduxerunt eam versus Cotogneum.

Die 13. Aprily. Exercitus Venetorum castrametatus est sub Mayano et steterit usque Mottam de Mense Julij sub Mayano Dñi Hieronymi de Savorgnano Capitanei exercitus.

Nota quod Dñs Hieronymus de Savorgnano impetravit a Dominio Venetorum Mutam Indevech ex Glemona in Utopium in maximam jactuvam habitatorum Glemone.

Et de Mense Januarij 1515. confirmaverunt eidem ipsum Indevech in maximum damnum Terre Glemone et factum fuit in Utopio maximum gaudium.

† 1514 † Die 20 Aprilj. Dominium Venetorum imposuit talleam Ducatorum 120. Comunitati Glemone, et fuit imposita colta videlicet una cum dimidia omnibus vicinis Glemone.

Item prefatum Dominium Venetorum imposuit talleas universaliter omnibus Terris Patrie Fori Julij.

Die 6. Junij. Locumtenens scripsit Communitati in signum letitie gratarum Comes Christophorus Franchopan, qui ibat Marannum cum aliquibus de exercitu suo in occursum sibi fuerat castra cum toto cometatu suo et captivavit duchas, et partim occijit, quod nullus eorum evasit qui non fuerit captus vel occisus.

Die 8. Junij hora sexta defunctus est D. Johannes Santoni, cratique tamquam Frater meus, cujus anima requiescat in pace.

Eodem die Antonius Cichisini sutmortus est piscando in Tulmento.

Die 17. Junij hora septima fuit terremotus.

Die 24. hora 20. fuerunt maximi venti et in pluribus Villis, videlicet in Pers, in Sancto Cirico et circa eas fuerunt maxime tempestates que vastaverunt omnia blada et uvas.

Die 4. Julij. Hora 19. fuit terremotus mediocris. Dñs Hieronymus de Savorgnano postulavit Comunitati quod .... sibi darentur 60 curtes teni .... pavia lintiorum .... pavia tabalearum .... pavia .... pum .... pavia manigularum tribule

Die 7. Julij. Cecidit fulgur in Monte Osopio, et combussit Cassale magnum Agnuli cestarij cum omnibus bonis suis.

Die 12. videlicet in Sti Hermacore fuit terremotus magnus inter 20. horam et vigesimamterciam.

Die 16. Fuit capta a Crovatinis certa Villa Negoleti. Magnificus Dñs Johannes Victurj, qui erat Provisor totius exercitus Dominij et ducti in captivitatem Goriciam et quotquot alij ceperunt, expoliverunt eos armis et vestibus et dimiserunt.

Die ... Julij circa finem furerunt inventi duo Fratres Ordinis Predicatorum in Civitate Austrie, videlicet unus de Civitate Austrie, alter de Mayano, qui erant complices ad tradendam Patriam in manus hostium nostrorum.

Die ultimo Julij. Guidam Dñs Antonius de la Valle hora secunda noctis cum sexcentis Fantacinis intravit Civitatem Histrigem secreto, et exhinxit circa trecentos viros in lecto, et centum equos abduxit et cum .... pedestribus cum maxima preda, et cremavit omnia victualia ipsorum et vinum effudit et diripuit omnem Civitatem.

+1514+

Die 23 Augusti hora octava cecidit e Celo quedam antiquissima et splendidissima Stella et duravit per Pater noster et unam Avemaria.

Die dicto S. Lovicus Fantoni et S. Nicolaus et Nepotes fecerunt conventionem et concordium prout patet in Notis S. Hieronymi Notarij

Die 26 Augusti Dñs Leonicus de Perusia Capitaneus Dominij in Cremona hora [illegible] intravit in exercitu Dnij Mediolani, et fuit maximam stragem hominum, equitum et pedestrium, et abstulit omnem victualiam et artelariam.

Die 29 Augusti Locumtenens misit Literas Communitatibus Vicentie Venzoni et Feltrij pro quarto confederationis Dominij cum Rege Francie, et factum fuit Festo ubique in Patria pro ipsa confederatione, ut fiat in pace bona.

Die 30 Augusti in mane fuit maxima pluvia Item circa 20 horam diei fuit maximus ventus boree et Australis postea eis subsecuta maxima pluvia cum tempestate et vento: tamen non duravit, quod si duvasset ipsa tempestas, vastasset omnia sata et vindemiam.

Die 30 Ibm in nocte fuerunt duo terremotus videlicet hora 4ª et hora 10ª

Item ipso die fuit maximus ventus cum pluvia, que congregavit quasi in tota Patria uvas et sata, ita quod intulit maximum damnum ubique.

Die primo Octobris fuit maxima pruina et maximum frigus

Die 10 dicti Simon Canonici obijt morte subitanea ante Ecclesiam Scē Catharine.

In novembrio Mensis Ibm incepernnt pluvie et pluit quasi quotidie et duravernnt exclusive usque ad Festa Nativitatis Domini.

+1515+

N. quod totum Hyemis fuit temperatum, non fuerunt nives, sed pluvie maxime.

In Cathedra Scī Petri fuerunt maximi venti, et exterminaverunt tota tecta in Scā Agnete

Item die ultima Februarij fuit maximum frigus et pruina

Die 12 Martij a prima hora noctis usque ad tertium diem fuit maximus ventus Aquilonaris et Borealis et fecit maximum frigus et duravit tres dies.

Die 15 Martij In renovatione Lune nimis latij bene, et circa unum semis et erat maximum frigus et duravit pluves dies videlicet usque....

+1515+

De Mense Martij Dñe Moniales Scē Clare fecerunt edificare eorum Campanile in Monasterio et similiter posuerunt campanam novam ex Venetijs additam ac etiam Campanam Eccle Scē Catarine de Burgo Ville

Die 16 Martij hora 23 fuit terremotus mediocris, et in his diebus fuerunt magna frigora, et ad montes nives et duravernnt per dies plurimos videlicet usque ad Festum Scī Bartholomei inclusive

legitur sic

De Mense Aprilis fuerunt frigora et venti

In principio Madij fuerunt frigora et grandines in pluribus Locis Patrie

Die 7 nimis grata in calce Martij Ambrosetti et fuit frigus ipsa die.

Die 20 Julij Grandinavit in pertinentijs Cremone in Pavella et in Marzayo, in Arunco et in Arcugago

Die ultimo Julij circa horam quintam fuit terremotus non magnus.

+1516+

Die 6 Mensis Augusti fuit consecrata Ecclia Scī Leonardi cum tribus Altaribus per Reverendum P. Dñm Samuelem de Rubeis Episcopum Cagrulanum Vicarium suffraganeum Rmi Dñi Dominici Grimani Patriche Aquileg[ien]sis cum Cameratis Magī Sebastiani Serlorij q. Magī Ambrosij Joth que ruinata fuit per terremotum sub 1511 die 26 Martij.

Die 7 dicti Mensis consecrata fuerunt Altaria duo, videlicet Altare Sancti

Michaelis in honorem Sanctorum Michaelis et Sci Jo: Baptiste . et . Et Almor Sancte Gregorij Papa Nri Jesu Xpi. in Ecclia Sancte Marie Plebis in honorem Sancti Gregorij Xpi et
SSm Nicolai Sanctorum Dacij et Sociorum, qui coronati sunt, Sancti Theodori et Sci Quirini
Die . 2 . Augusti S Hieronimus de Savorgnano misit circa 400 Stradiotes Brixie in Ca
nibus quinque hominum Buys, qui steterunt per quinque dies et dissipaverunt
bona eorum . Demum iverunt Veronam in Portis et ibi steterunt ibidem aliquibus
De mense Augusti intravit Rex Francie in Italiam et subiecit sibi Mediola
lanum et partem Lombardie et Dominium Venetorum invasit Brixiam
Un die Sci Bartholomei venit tempus serenum et duravit ad dies 24 . Tbris
et fuit magna siccitas et maximus fervor Solis
†1515† Die 11 . Tbris . Dns Locumtenens misit Literas gaudij de morte Suvicetorum
qui exterminati in ore gladij fuissent per gentem Francie et Dominij circa 4000 ho
minum, et hoc fuit 13 . Tbris
Die 25 . Septembris hora tertia nocte venerunt Oratores Locumtenentis ad notifi
candum quod Papa Leo se confederasset cum Dominio Venetorum et restituisset omnia
que Papa Julius acceperat Dominio in Statu
Die primo Octobris fuit maxima pruina et maximum frigus . Et fuit hic annus
totus infertilis in blada et vino ac fructibus in maxima egestate
Die .... Octobris . Rex Francie fecit introitum in Mediolanum cum maximo trium
pho ut fiebat ad similitudinem triumphorum Romanorum pro obtenta victoria
Die primo, 2 . et 3 . 9bris . Fuerunt maxime pluvie cum tonitruis et coruscationibus
et totus iste annus fuit pluviosus
†1516† Die primo Februarij Magnificus Leonardus Emo Locumtenens Patrie fuit
in Prandio Clemone, et fecit mandatum Comunitati quod sub armorum inquisitionis
Dominij non deberent exercere nec accipere Interlechum Rhizimontanum .
Exinde cepit ire Jogium die Purificationis Beate Marie ivit Hieronymus Sa
guus hospes in Jogio, et ipso die incepit facere conducere Mercantias seu ... ij
ustilie in Jogio, videlicet in Montem
Die 2 . Martij hora undecima fuit terremotus
Die 4 dicti . In Consilio Rengo fuit deliberatum quod deberent ire Venetias
homines centum ad coronandum se Dominio pro Interlecto quod S Hieronymus
de Savorgnano
Die 7 . dicti . Iverunt pro determinatione supra . Venetias circa 140 homines
Die 19 . Maij . Recessit suprascriptus Locumtenens et fuit ordinatissimus in Patria
et intravit spectabilis Dns Bartholomeus a Mulo Vicelocumtenens
Die 26 . Maij hora 12 . Dns Andreas Gritti intravit Brixiam et subiecit eam
Dominio Venetorum cum maximo triumpho .
In presenti anno videlicet die 4 Martij . In Consilio Arengo facta in Stufa Sci
Johannis fuit determinatum quod festum Beate Bertrandi Patronatus deberet
solemniter celebrari sive ejus Anniversarium qui est die 6 . Junij, et sic ipso die in
ceptus fuit .
De Mense Junij a die Sci Barnabe usque ad diem ... Augusti non pluit nisi bis,
et fuit maxima siccitas, ita ut terra non producebat semina et uve siccarentur
et arbores .
†1516† Petrus Zadinus Camerarius Ecclie Beate Marie Plebis fecit multa in Eccla
primo fecit conducere extra Cimiterium glaream quam aqua Zendrule conduxerat
ex magna diluvione aquarum sub 1499 . de Mense Tbris . Item dedit semel elemosi
nam pauperibus populo . Item augmentavit Ecclesiam Sce Marie de Solariolo . Item fecit
portam et stalam que ducit de Solariolo in Ecclesiam . Item fecit coaptare pinnam Cam
panilis que corruerat tempore terremotus videlicet die 26 Martij . 1511 .

Istè anno fuit sterilis infructibus et maxime in nucibus.
Item 27. Augusti fuit occisus Nicolaus Pellegrini de Glemona in favore Populi quia venerat cum Nicolao q.m Bartoli Blasotti, et aliquibus suis complicibus ad instantiam Marie relicte q.m Leonardi, et a fratribus per vim vindemiave Braydam Thome Jacurini.
Die 14. Xbris. Magnifcus Franciscus Cornero, vidz Siet Cornelio Locumtenens Patrie fecit intratam suam in Utino, et fr Hieronymus Savorgnano cum complicibus suis Lombardarij fecerat suas conventiculas et fortas ad exterminium omnium Nobilium et Castellanorum Patrie in Utino, et motus fuit rumor intro ipsos pavidos ita quod totum Utinum fuit commotum in armis et occisus fuit coquus prefati Locumtenentis et Lubronatus Utini fuit vulneratus et Capitaneus Stradiotorum, et quamplures alij Magnates Dominij et omnes Utinenses per vicos et plateas clamabant. Viva Savorgnan die nocteque.
De Mense Octobris. Dominium Venetum fuit cum exercitu maximo ad expugnandam Veronam per plures dies et nihil fecit.
Die ... Decembris. Fuerunt proclamati ad Scalam Palatij Utini 46. Viri de Glemona pro morte Nicolai Pellegrini et Comunitas se aggravavit Venetijs.
Die 20. Mensis Xbris hora sexta cum dimidia fuit magnus terre motus et post per spatium dimidie hore fuit alius terremotus non tam magnus.
† 1517 † In die Festi Innocentium crematum pavimentum seu scabellum Altaris Sancte Marie cum mantilibus Altaris; et nisi Presbr Leonardus Forzeni Sacrista hora matutinali casu aperuisset Ecclam, cremata fuisset etiam figura Beate Virginis. Eo ipso die combusta fuit Vida Glemonis inter eos.
Nota quod a Festo Sanctorum Omnium usque ad festum Sti Hilarii inclusive fuit intemperies, ita quod congelata fuit stella et unus vivus Julmenti.
† 1517 †
Die 15. Januarij. Dominium Venetorum venerunt Veronam.
Nota quod die 25. Mensis Januarij fuit proclamata Pax Generalis inter eos Majestatem Imperialem atque Cesarem ac Dominium Venetorum; et fuit treuga in Utino per Menses 15.
Die 27. Januarij. Tubicine Locumtenentij proclamavit ipsam treugam in Glemona.
Die 29. Januarij nivit maximam nivem cum maximo impetu ventorum.
De Mense Februarij fuit maximum frigus cum maxima nive et venti per plures dies, ita quod exsiccata fuit plusquam tertia pars vitium et arborum in tota Patria ubique.
Die 16. Martij. Comunitas Glemone misit iterum vivos ad Venetias pro recuperando Inderlecum.
Die 19. Aprilis. Frater Martinus de Brugnis Prior Sti Spiritus defunctus est, et fuit sepultus in Conventu Sancti Antonij ante Altare Majus.
Die 27. Aprilis fuit magna pruyna et in pluribus locis Patrie decoxit vineas et semina.
Eodem die Comunitas iterum misit tres Vivos Venetias pro recuperando Inderlecum.
In die Sti Marci Evgte Franciscus Cristus per majus Consilium Glemone electus fuit in Priorem Spiritus Sti.
Die 20. Maij. Frater Johannes Bucellus de Venetijs Godinij Sti Spiritus accepit possessionem Prioratus Sti Spiritus de Collibus Glemone nomine ... sue.
Die Pentecostes. Locumtenens et Vicarius Sti Patriarche posuerunt super Officium Confraternitatis Sti Spiritus et Bucellus fuit exclusus, et non fecerunt mentionem exigere quas fecerat ipse Bucellus die.
Die 10. Junij. Nivit ad Montes; et ipso in crastinum fuit maximum frigus

Die 16 Augusti fuit maxima tempesta in possessionibus et fecit maximum damnum.
+ 1517 +
In presenti millesimo fuerunt maxima bella inter Papam Leonem et Ducam Urbini et in fine fuerunt concordes.
De Mense Octobris Nuncij Regis Ranonie provenerunt in Regno Apulie seu in Ducatu Calabrie ad conducendam filiam Ducis Calabrie in uxorem Regis Ranonie cum maximo apparatu equorum et quadrigarum.

Ex Liberculo oblongo Membrana cohoperto, sed Chartaceo, servato apud D. D. Heredes D.D. Orsetti, in cujus initio =

Sparsendij clamavim alte Domine saldij presatione mia Iniquitates salvaber Domine cajus sustinebar graputie proter retignuim sustinerete Domine anime mia in Domino thuver ejen spèrat squa note copiosa prudrncie sole di me Deij ni vescij lucie Deus anime jus anime fidel requies Deij gratiej Amen

In pagina prima hujus Libri seu Stij Forojulienjj XLIIII legitur post pluva in pagella eadem maculata et obfuscata que sequuntur.

In Nomine Domini Amen Anno Nativitatij Dñi Nri Jesu Xpi Millo quingentesimo duodecimo Indictione quintadecima die nona Mensij Decembrij In presenti Libello continentur aligua memoratu observanda que antiquis nostrisque temporibus gesta atque vija et audita et scripta per Viros fide dignos intendesta . . . . . notata per me pbrum Sebastianum Mellinum de Glemona etatij sue annorum sexagintaquinque

In eadem pagina circa Medium subditur

1300. Nobiles de Crampergo emerunt Castrum Cramperga ab uno Nobili Alemanio cum voluntate Dñi Patriarche. Ex tunc temporij erant Cives Glemone: Et vendiderunt partem Meduliium Castri in Montem Castri Glemonenzibus.

1423. die 2. Maij

Oratores Terre Venzoni conquesti fuerunt in Consilio Parlamenti Patrie ipsius existente in Ecclesia Sti Francisci in Utino, quatenus Communitas Glemone se impediebat de Intreslecho, et vi opprimebant stratam, et prohibant omnes transgredientes libertate, de qua querimonia fuit eij per Oratores Communij Glemone verte responsum quod ab antiqua recordatione, et memoria hominum semper fuit Intreslechum in Glemona. Et in crastino Consilium Parlamenti sententiavit et declaravit quod dictum Intreslechum esset sicut prius erat in Glemona: videlicet quod Mercimonie venientes de portij Maninis in Glemonam, et de Alemania de portij marinos debeant per rectam pergitare vectores etc. In quo Consilio interfuerunt principa-